

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

Publicolam extollunt: qui paupertate benigna:

Emeruit laudes /æt hercumq; decus .

Fabritium colimus: qui Pyrrhi munera spreuit

Cui satis exiguus census & arca fuit.

Regulus & meruit preconia magna: decusq;

Iugera cui exiguo parua fuere loco:

Paupertas tribuit nostris primordia seclis:

Hec vrbes statuit: sceptraq; digna dedit.

Ista magistratus stabiluit: regnaq; mundi:

Inuenit meritis dogmata cuncta suis

Gretia clara quidem cum paupertate decora

Promeruit laudem perpetuumq; decus.

Iustus Aristides pauper: fuit Epamynundas

Dux equidem pauper fortis & indomitus:

Et fuit insignis vates quoq; pauper Homerus

Dum tonat heroo troica fata pede.

Socrates aetherea sophia succinctus & arte:

Diuitijs vacuus /non sine laude fuit.

In mundo nihil est tam celsum: tanq; superbum:

Ex riuo quod non fluxerit exiguo:

Paupertatis honor: Tarpeias extulit arces:

Atq; vrbis titulum principiumq; dedit:

Pauperibus Roma est quondam pastoribus orta:

Rusticus exilis nomina tanta dedit .

Diuitie molles fregerunt regna superba:

Propter opes cecidit Roma: cadetq; potens.

Propter opes: miseras passa est Carthago ruinas.

Paupertatis honor sed sine sine micat.

Quid tantum cupimus: funesta peccunia multos.

Mortales damnum iussit inire graue:

Diuitie Croeso regi nocuere superbe:

Propter opes /mortis tristia fata tulit.

Sit venerandus apud mortales pauperis vsus

Nam coelum diues nullus inire potest .

Hoc manibus multi cupidis contingere aratru

Accelerant: coeptum sed continuare laborem

Postponunt: quonia non dum ratione poliit

Affidue cuculum pascunt: nidocq; reponunt.

Publico
la.

Fabriti^o

M. regu
lus. de q
Tulli^o i
offi.

Grecia .

aristides
Epamy-
nundas.
homer^o.

Socrates

Eccle. xi

Roma.
Augusti
nus.
otidius
ec. xviii.
cartago.

pu. xxii.
Iuena^l
cresus de
q hero .
li. i